Hermanowski Charzewskiego Quietat. et Statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensis Capitaneatus Premisliensis Generosus Alexander Hermanowski Sanus mente et Corpore existens, a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensis Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis signatis omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosae Annae de Boratyn Consorti suae ultimae pro cuius rati habitione Cavet ac se praesentibus inscribit nomine Generosum Joannem Charzewski eiusque posteros de Summa Mille Quingentorum florenorum Polonicalium sibi Recognitis praefataque Consortis suae per eundem Generosum Charzewski Scripto certo manuali de Actu et Data illius in bonis villae Koniuszki die vigesima Nona Mensis Aprilis Anno proxime praeterito Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo confecto, conscripto, manu eiusque propria subscripto dato, et Actis Officij praesentibus roborato, nec non de eodem ipso Scripto manuali eiusque Inscriptione Robratoria Castrensis Capitaneatus Premisliensis ob plenariam et sufficientem Summam eiusque sibi Recognitam persolutionem Quietat, emittit, dimittit, liberumque et Absolutum perpetuo pronunciat Scriptum praefatum manuale eiusque Inscriptionem Roboratoriam in toto et per omnia cassat, mortificat, et annullat sibi eiusque posteris promissorum perpetuo imponendo silentium. Nihilominus is idem Recognitus Generosus Alexander Hermanowski

493

debebit et tenebitur, ut se ac suos successores, in et super bo
nis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis
habitis et habendis eidem supra scripto Joanni Harzewski in
scribit et obligat praesentem memoratam Annam de Boratyn
Consortem suam ad approbandum per ipsius Inscriptionem praesentis
Quietatoriam aut similem aliam suo pro interesse faciendam
ad Acta quaevis authentica Illmi vim et Robur per
petuitatis in se habentia intra decursum Sex Se
ptimanarum adducere et personaliter statuere ab
eisque ut praemissa debite exequantur efficere. Idque sub
Vadio similis summae Mille Quingentorum flo
renorum polonicorum per eundem Recognitentem Generosum supra scri
ptum Alexandrum Hermanowski, aut eius successores
praenominato Generoso Joanni Harzewski sive illius poste
ris ob non statuitionem supra scriptae Conditionis suae statuendae
ad exequenda praemissa pro tempore et loco superius expressis,
ad solvendum succumbendo, Pro quoquidem vadio modo praemis
so ad solvendum succubito, ac pro aliqua ex praemissis non
completa complenda, Citatus existens memoratus
Recognoscens Generosus Alexander Hermanowski
sive eius posteri, Ad instantiam praenominati Generosi Jo
annis Harzewski aut illius successorum, Ad Officium praesens
Castrensem Capitanei Premisliensis extunc recessu supra scripto
quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo
Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere

respon

respondere, vadium pro tacito luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit, et tenebitur, seq. ac suos Successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio Militari ad munimenta ad Evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem praeterea Ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanei Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones Appellationes, ac earum prosequones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri bello conventioneque ac alijs Iuris medijs et defensis non subterfugiendo, nec quovis alio modo evadens. Hac sua praesenti pro recognitione ad praemissa omnia mediante.

Wysoczanski M: Sapiezyna Quietat et Statuet.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensis Capitanei Premisliensis Nobilis Ioannes Wysoczan-